



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118510

§. 75. Lutheri libellus contra Papam & Theologos Lovanienses.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66615)

Sæcul. XVI. modi rapinam obtendebatur, quod huc
A.C. 1545. usque Ecclesiastici horum bonorum re-
 ditibus fuerint abusi: cum vero tam
 crebra furta nondum Regis avaritiam
 ullo pacto satiandam explerent, insu-
 per eidem ingens pecuniarum summa
 promittebatur, quo facto Parlamentum,
 cum ea duntaxat ex causa hunc Con-
 ventum egisset, die vigesima quarta De-
 cembris ad sua reverti jubebatur, prius
 tamen Rex, qui præsens aderat, ser-
 monem habuit, in quo præter alia hæc
 verba proferebat: „ Nunquam alius
 „ quiscunque Rex præter me sincero
 „ magis affectu suos subditos est profe-
 „ cutus, nec etiam ullo unquam tempo-
 „ re vicissim subditi majorem erga Re-
 „ ges suos amorem testati sunt. „ His
 addebat plures ejusmodi vanas jacta-
 tiones, quæ etiamsi omnes veritati pe-
 nitus adversæ essent, a populo tamen
 non sine festiva acclamatione, ac publi-
 co applausu excipiebantur.

§. LXXV.

*Lutheri libellus contra Papam, &
 Theologos Lovanienses.*

Sleid. l. 16. p. 529. & 524 Interea Lutherus pro parte sua Catho-
& 540. licam Religionem editis quibusdam
Cochl. in act. libellis impugnare continuabat, præpri-
& script. mis vero ineunte hoc anno Lovaniensi-
Luth. anno bus Theologis respondit, eosque tan-
1545. p. 311. quam

quam hæreticos & sanguinarios convitia- Sæcul. XVI.
 batur, eoquod falsam & impiam doctrinam A.C. 1545.
 propugnent, quam cum nec ratione, nec sa-
 cris literis defendere valent, ideo vim adhi-
 beant, & igni ferroque grassentur: nam il-
 li, æque ac Parisini Doctores, nuda solum
 axiomata proponunt, & quid sequendum sit,
 præscribunt, locum vero nullum ex sacro
 Codice adducunt, sed Magistratum ad uni-
 madversionem inflammant. Pariter de
 Cœna Domini libellum vulgavit, in quo
 veterem illam altercationem jam olim
 contra Sacramentarios habitam inno-
 vavit, pluraque probra adversus Zwing-
 lium, ejusque Sectatores effutiit. His
 convitiis mox Tigurini acerbis admo-
 dum verbis responderunt. Verum in-
 ter omnia Lutheri opera præ ceteris
 omnibus majorem ejus furorem spirat
 Germanicum illud scriptum, cui titu-
 lus: *Adversus Papatum Romæ a Sathana*
fundatum. Ibidem præprimis ad Ponti-
 ficis epistolam Cæsari scriptam, cujus
 supra meminimus, respondet, eosque
 sacræ Scripturæ textus, quos Pontifex
 ad stabiliendum Sedis Apostolicæ Pri-
 matum adduxerat, refellere nititur.
 Insuper ad libelli sui frontem præfixit
 imaginem, quæ Papam repræsentat in
 sublimi folio collocatum, nec non Pon-
 tificali habitu ornatum; manusque jun-
 ctas unacum afininis auribus elevantem,

Sæcul. XVI. eumque cingebant plures diversæ figuræ dæmones, quorum aliqui thiamam stercoreibus refertam ejusdem capiti imponebant, atque alii funibus eundem ad inferos raptabant, hi vero ad eum ignibus comburendum ligna afferentes, isti autem ad faciliorem descensum ejusdem pedes certatim sustinentes repræsentabantur (*).

§. LXXVII.

(*) En egregium sane Evangelicæ mansuetudinis specimen, quis honestus prudensque Vir furiosum hunc hominem a Deo ad reformandam Ecclesiam missum credat: num vel unquam Apostoli, sanctæ Ecclesiæ Doctores, aliique Apostolici Viri Paganos Principes, vel alios, qui Christianæ fidei ab eis prædicatæ adversabantur, indignis adeo convitiis obruebant: *Verum hæc, inquit Surius comment. ad hunc annum, nulla indigent confutatione, quia per se produnt peccus omni spurcitiæ & turpitudine inquinatissimum, quod qui non vident, illis nemo potest pejus precari, quam ut in hac cæcitate permaneant. Id quidem notatu dignum est, in Lutheri & totius gregis ejus apostatarum Monachorum scriptis nihil fere crebrius malo dæmone, & feroce nominari, ut intelligat prudens Lector, eos se totos Codæmoni, & spurcissimæ Veneri devovisse. Et tales tam impuri homines, non alio quam vel ipsius Christi Apostolorum loco habentur.*
O hor-